

quæ sunt voluntaria ob intrinsecum principium Con:
 quæ sunt voluntaria ob extrinsecum principium N.
 inter omissionem & effectum ex omissione per accidens
 secutum disparitas est, quod omisio procedat à princi-
 pio intrinseco voluntarii & à vi dominativâ volun-
 tatis, effectus autem ex omissione per accidens secutus
 nec physicè, nec moraliter procedit à voluntate secluso
 præcepto.

DISPUTATIO IV.

De Libertate.

Hominem non solum in statu innocentia, sed
 etiam in statu naturæ lapsæ habere libertatem
 indifferentia contra Lutherum & Calvinum in Con.
 Trid. sess. 6. de Justif. definitum est Can. 5. *Si quis
 liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum
 & extinctum esse dixerit &c. Anathema sit.* Et
 contra Jansenium in propositione damnatâ: *ad me-
 rendum & demerendum in statu natura lapsæ non re-
 quiritur in homine libertas à necessitate sed sufficit li-
 bertas à coactione.* Cujus propositionis falsitatem
 ostendet ulterius.

QUÆSTIO I.

An ad morale requiratur libertas, & qualis?

DICO I. *Ille actiones propriè humane dicuntur
 quæ ex voluntate deliberatâ procedunt. S. Th.
 hic Q. 1. a. 1. O.*

Explico: cum juxtâ S. Th. l. cit. Q. 3. iidem sint
 actus morales & actus humani, ad hoc ut actus nostri
 sint morales; id est: boni vel mali moraliter, lauda-
 biles vel vituperabiles, meritorii vel demeritorii, non
 sufficit spontaneitas seu libertas à coactione, sed re-
 quiritur libertas indifferentia.

Conclu-

De LIB
 ratio est certa de fidi
 impuræ textibus, in
 retur, quia liberè
 Sufficiat illud E
 recto: *Qui posuit*
 facere mala &
 nem receperunt ex
 Tum ex dam
 nam ex sanctis P
 clesia: sæcula,
 2. contra Jovi
 Deus, nec ad
 rebatur; alioquin
 rona est.
 ratione: actus nost
 nisi quia subiac
 tur; sicut actio
 subditur regulis
 à coactione imm
 pici, nec ab eis
 dici. Probat
 actionibus,
 pte deducit, at
 ratione immunes
 regula deduci,
 actioni, quæ no
 m & extrema,
 tum determinata;
 sola coactione in
 & ad unum ex suâ
 more beatifico, &
 niam; ergo neque
 S. Th. in 2. dist.
 vere mori ex hoc, qu
 G

Conclusio est certa de fide & constat tum ex innu-
 meris S. Scripturæ textibus, in quibus boni laudantur,
 mali culpantur, quia liberè hi vitia, illi virtutes am-
 plectuntur. Sufficiat illud Eccles. 31. de divite sine
 maculâ invento: *Qui potuit transgredi, & non est
 transgressus, facere mala & non fecit* & Joan. 1.
*quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem
 filios Dei fieri.* Tum ex damnatione præallegatæ pro-
 positionis; tum ex sanctis PP. qui illam docuerunt
 per singula Ecclesiæ sæcula, ex omnibus sufficiat S.
 Hieron. qui lib. 2. contra Jovin. ita ait: *Liberi arbi-
 trii nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia
 necessitate trahimur; alioquin ubi necessitas est, nec
 damnatio nec corona est.*

Probatur ratione: actus nostri non alia ratione di-
 cuntur morales, nisi quia subjacent regulis morum &
 ab illis regulantur: sicut actio aliqua ex eo artificialis
 dicitur, quod subditur regulis artis; sed actus purè
 spontanei & à solâ coactione immunes non possunt re-
 gulis morum subjici, nec ab eis dirigi & regulari; er-
 go nec morales dici. Probatur mi. Ideò lex vel
 regula adhibetur actionibus, ut eas ab extremis
 ad medium regulæ deducat, atqui actus spontanei
 & à sola coactione immunes nequeunt ab extre-
 mis ad medium regulæ deduci, Regula enim fru-
 strâ adhiberetur actioni, quæ non est variabilis se-
 cundum medium & extrema, sed suâ naturâ in-
 variabilis & ad unum determinata; actus autem purè
 spontanei & à solâ coactione immunes sunt om-
 ninò invariabiles & ad unum ex suâ naturâ determina-
 ti: ut patet in amore beatifico, & in volitione bea-
 titudinis in communi; ergo nequeunt dirigi à regulis
 morum.

Obj. 1. Juxtà S. Th. in 2. dist. 40. q. 1. a. 1. O.
Actus sunt in genere moris ex hoc, quod sunt voluntarii.

1. 2. Theol. Schol.

G

Sed

V.
 incipium Con-
 principium N.
 ne per accidens
 cedat à princi-
 nativâ volun-
 cidens securus
 luntate secluso

V.

ocentia, sed
 ere libertatem
 num in Con-
 a. 5. Si quis
 atum amissum
 bema sit. Et
 natâ; ad me-
 e lapsa non re-
 sed sufficit li-
 onis fallitatem

& qualis?

vane dicuntur
 dunt. S. Th.

, iidem sint
 r actus nostri
 liter, lauda-
 veritorii, non
 one, sed re-

Conclu-

Sed actus spontanei sunt voluntarii, ergo sunt in genere moris sive morales.

R. S. Th. sumere ibi voluntarium pro libero sicut sæpè aliis in locis facit.

Inst. Non tantum S. Th. sed etiam S. Aug. & alii SS. Patres sæpè pro eodem sumunt voluntarium & liberum, coactum & necessarium, liberum à coactione & à necessitate; ergo hoc ipso, quod actus sit voluntarius, licet sit absque indifferentiâ, est moralis.

R. Coactum dupliciter sumi posse. 1. Strictè pro violentiâ externâ, vel ab agente extrinseco ortâ & sic nullus actus voluntatis potest esse coactus. Ut in seq. disp. dicitur; 2. Pro illo, quod sit ex internâ inclinatione & determinatione ad unum tollente indifferentiam ad oppositum, & coactum hoc modo sumptum idem est, quod necessarium. Quando igitur SS. PP. liberum à coactione dicunt esse liberum à necessitate, sumunt coactionem hoc secundo modo. Similiter voluntas duplicem conceptum habet: 1. voluntas habet conceptum naturæ, in quo convenit cum aliis potentiis; sicut enim potentia visiva est determinata ad videndum, auditiva ad audiendum, ita voluntas, ut natura est, est determinata ad prosequendum bonum, & tendit naturaliter in beatitudinem in communi. 2. Voluntas sumitur ut voluntas est, & secundum hunc conceptum distinguitur ab aliis potentiis, quæ necessariò feruntur in suum objectum, voluntas autem cum indifferentiâ tendit in objecta particularia; quando igitur dicitur: quod voluntas sit libertas: intelligitur voluntas in quantum voluntas, hoc est in quantum voluntas se habet indifferenter ad utrumlibet.

Obj. 2. Nihil amplius videtur requirere S. Th. ad libertatem, quam libertatem à coactione; ergo neque ad moralitatem. Ant. ostenditur ex hoc: quod 1. p.

q. 82. a. 1. ad 1. ità loquatur: *Necessitas naturalis non aufert libertatem voluntatis.* Ex quo principio Q. 10. de pot. a. 2. ad 5. infert: *Voluntatem appetere liberè felicitatem, licet necessariò illam appetat; Deum liberè amare seipsum; Spiritum Sanctum liberè à Patre procedere.* Et in 2. sent. dist. 25. a. 1. ad 4. ait: *Quaedam ordinata sunt ad finem ultimum beatitudinis, quæ ipsi fini conjungunt ut videre, amare & respectus horum erit sempiterna & libera electio.* Quibus verbis asserit: *beatos habere liberam electionem circà visionem & amorem Dei.*

R. Libertatem posse sumi dupliciter; 1. latè pro libertià, quam necessitas naturalis inclinationis non tollit. Et in hoc sensu loquitur S. Th. II. citatis. 2. pro libertate liberi arbitrii, vel indifferentià formali & in hoc sensu loquitur S. Th. I. p. q. 19. a. 10. *Liberum arbitrium habemus respectu eorum, quæ non necessariò volumus, vel naturali instinctu, non enim ad liberum arbitrium pertinet quod volumus esse felices.*

Obj. 3. Amor beatificus in Patriâ est actus necessarius & tamen meritorius. 1. Quia est æquè bonus & tendit in idem objectum. 2. Quia in Patriâ facit hominem perfectum, sanctum & moraliter bonum. 3. Quia retinet eandem oppositionem cum odio Dei, quam habebat in viâ. Denique quia aliàs non esset tam perfectus, ac amor viæ.

R. Negando maj. ad primam probat. dicitur: quod amor beatificus sit æquè bonus ex parte operis, ac amor viæ, uterque enim est actus tendens in summum bonum, non autem ex parte operantis, cum non tendat in idem objectum eodem modo: quia amor beatificus est actus voluntatis totius bonitatis plenitudine raptæ, & amor viæ est voluntatis se moventis in bonum non totaliter rapiens, sed quod potest aver-
sari. Unde amor viæ facit operantem bonum, eò

quod præferat objectum illud omnibus aliis, quibus non præferre posset: ad 2 & 3. dicitur quod ut amor beatificus faciat hominem perfectum & sanctum, & retineat oppositionem cum odio Dei sufficit, quod sit bonus objectivè, & tendat in objectum bonum, & rationi consonum. Ad ultimam dicitur: quod amor Patriæ longè perfectior sit amore viæ ratione physicæ suæ entitatis & determinationis necessariæ ad suum objectum, in quâ eminenter perfectio amoris, quam habet ratione moralitatis, includitur: eò quod jungat ultimo fini indefectibiliter, cui amor via conjungit hominem defectibiliter.

Obj. 4. Christus implendo præceptum Patris de morte pro salute generis humani obeundâ meruit, & tamen non liberè mortem obivit: aliàs potuisset non obire, & sic præceptum Patris non implere, & consequenter non fuisset impeccabilis.

R. Distinguendo probat. secundæ partis: qui liberè mortem obit, potest mortem non obire, vel negativè secundum se, vel privativè, ut vi præcepti debitam Con. tantum privativè, ut vi præcepti debitam N. posse non obire mortem privativè, & ut vi præcepti debitam, est posse peccare. Verum est, Christum potuisse mortem obire & non obire secundum se, & negativè, nam non mori poterat abstrahendo, an mors esset præcepta, quod sufficit ad libertatem, nec obest impeccabilitati: quia ut esset peccabilis debebat posse non mori privativè. De quo fusiùs in Tract de incarn.

DICO 2. *Necessitas firmata voluntatis in bonum non diminuit libertatem.* S. Th. 2. 2. q. 88. a. 4. ad 1.

Probatur 1. Libertas vera reperitur in Deo, Angelis & beatis, est enim perfectio simpliciter simplex, quæ in Deo formaliter reperitur, Angelorum quoque
&

beatorum felicitatis
angelis & beatis
malum, sed ra
probatur 2.
tum vel opposi
tum, atqui di
positum actum
ma ad bonum
tum & malum
at, ut talia. Q
non actum; c
difficilem reddu
lib. 2. cum 3. p.
tum S. Aug. ma
nus, maxima v
nus, prius D
terate, prout pl
sed prout imp
te, loquatur
tatis physicè a

In quo con

Suppono Indiff
ra opposita,
cipiendi plura op
cipiat Calorem
capitas agendi
& flere, Ind
capitas agendi
reorum agat,
lic homo neutru
quia potest aman
tus agendi utrum

& beatorum felicitati omninò congruit; atqui in Deo Angelis & beatis non invenitur indifferentia ad bonum & malum, sed tantum possunt ferri in bonum. Ergo.

Probatur 2. Libertas est indifferentia activa ad actum vel oppositum actum, vel ad actum & non actum, atqui differentia ad actum & non actum vel oppositum actum potest esse quamvis non sit indifferentia ad bonum & malum, quia indifferentia ad bonum & malum respicit ea, quæ prohibita vel præcepta sunt, ut talia. Quæ non respicit indifferentia ad actum & non actum; objectiones quæ hanc conclusionem difficilem reddunt tum 1. p. disp. 13. tum in hâc parte disp. 2. tum 3. p. disp. 9. Solvuntur. Adde, quod secundum S. Aug. magna sit libertas, quando non peccamus, maxima verò cum nec peccare quidem possumus, prorsus Deo subjecti. Et licet S. Aug. non de libertate, prout physicam agendi indifferentiam significat, sed prout importat immunitatem à miserâ sive servitute, loquatur; nihilominus etiam de perfectione libertatis physicè activæ intelligi potest.

Q U Æ S T I O II.

In quo consistat libertas & quid superaddat voluntario?

Suppono Indifferentia est capacitas sive virtus ad plura opposita, indifferentia passiva est capacitas recipiendi plura opposita: sic manus est indifferens, ut recipiat Calorem vel frigus; indifferentia activa est capacitas agendi plura opposita: sic homo potest ride- re & flere. Indifferentia activa alia est privativa, sive capacitas agendi plura opposita, ità tamen ut de facto neutrum agat, sed sit suspensa ab utroque extremo: sic homo neutrum faciens est indifferens privativè, quia potest amare & odisse. Alia positiva sive capaci- tas agendi utrumque oppositum conjuncta tamen cum

exercitio unius oppositi; certum est; libertatem in indifferentiâ activâ consistere, ad hanc autem duo concurrunt: indifferentia objectiva, & indifferentia formalis. Indifferentia objectiva est indifferens propositio objecti, in quo simul appareat bonitas quæ possit appeti, & bonitatis defectus, ex quo possit rejici, & hæc indifferentia se tenet ex parte intellectûs. Indifferentia formalis est ipsa virtus volitiva potens se resolvere indifferenter ad utrumlibet oppositorum ab intellectu propositorum: & quidem, si illa opposita sine termini contradictorii, est indifferentia contradictionis sive capacitas aliquid volendi vel non volendi, amandi vel non amandi. Si sint termini contrarii: ut amor & odium, est indifferentia contrarietatis, sive capacitas hoc objectum vel amandi vel odiendi. His præmissis.

DICO. *Voluntas movetur ab intellectu . . . secundum rationem objecti, à seipsâ verò quantum ad exercitium actûs secundum rationem finis.* S. Th. hic Q. 9. a. 3. ad 3.

Explico: licet ad libertatem essentialiter prærequiratur indifferentia objectiva, in qua radicaliter consistit, adeò, ut stante propositione indifferenti intellectûs, voluntas non possit illud aliter, quam liberè velle, in illâ tamen non consistit formaliter, sed in indifferentiâ formali voluntatis.

*Probat*ur prima Pars conclusionis; ad libertatem essentialiter requiritur facultas tendendi ad opposita: atqui hæc subsistere nequit sine indifferentiâ objectivâ: cum enim voluntas sit cæca, & objectum ejus sit bonum propositum ab intellectu, manifestè repugnat concipi facultatem tendendi in opposita, nisi hæc ab intellectu cognoscantur, & indifferenter proponantur, ità scilicet, ut in quolibet appareat aliquid, ratione cujus possit appeti, & aliquid ratione cujus possit rejici.

Proba-

De Lt.
 Probatur 2da pars: est
 extra suum objectum
 quam sit ab inte
 tendere indifferenter
 propositum,
 quia in actu volun
 sitatis sumitur non ab
 quo tendit in objectu
 ex motione objecti, ta
 alter objectum movet: o
 iuxta modum, quo pre
 terite indifferente propo
 & eorum propositio ob
 implicat, quod voluntas
 ter.
 Sumitur hæc ratio hinc
 hic q. 10. a. 2. in
 ante à suo objecto consi
 objectum movet potentiam,
 sub ratione coloris actu
 naturæ visui, ex necessitate
 visionis virtutis, quod pertinet
 utem proponitur aliquid
 videtur color in alio,
 de, secundum aliquid ante
 propositum objectum vide
 quoniam ex ea parte, quæ
 sit ipsum non videret.
 huius objectum visus, ut
 ita. Unde si proponatur al
 ut sit universaliter bonum
 rationem, ex necessitate
 aliquid velis: non enim
 utem proponatur sibi alio
 utem quamlibet consi

*Probat*ur 2da Pars: est impossibile, quod voluntas feratur extrà suum objectum, vel aliter feratur in objectum, quam sit ab intellectu propositum: atqui si non tenderet indifferenter in objectum ab intellectu indifferenter propositum, tenderet extrà suum objectum: quia in actu voluntatis modus libertatis vel necessitatis sumitur non ab ipsâ naturâ actus, sed à modo quo tendit in objectum, modus autem ille provenit ex motione objecti, taliter enim voluntas tendit, qualiter objectum movet: objectum verò non movet nisi juxtà modum, quo proponitur; ergo implicat, existente indifferente propositione voluntatem necessitati, & econtrà proposito objecto absque indifferentiâ implicat, quod voluntas in illud tendat indifferenter.

Sumitur hæc ratio fundamentalis ex discursu D. Ang. hic q. 10. a. 2. in O. *In motu cujuslibet potentia à suo objecto consideranda est ratio per quam objectum movet potentiam. Visibile enim movet visum sub ratione coloris actu visibilis. Unde si color proponatur visui, ex necessitate movet ipsum, nisi aliquis visum avertat, quod pertinet ad exercitium actus. Si autem proponeretur aliquid visui, quod non omnibus modis esset color in actu, sed secundum aliquid esset tale, secundum aliquid autem non tale, non ex necessitate visus tale objectum videret, posset enim intendere in ipsum ex eâ parte, quâ non esset coloratum in actu & sic ipsum non videret. Sicut autem coloratum in actu est objectum visus, ita bonum est objectum voluntatis. Unde si proponatur aliquod objectum voluntati, quod sit universaliter bonum & secundum omnem considerationem, ex necessitate voluntas in illud tendit, si aliquid velit: non enim poterit velle oppositum. Si autem proponatur sibi aliquod objectum, quod non secundum quamlibet considerationem sit bonum, non ex*

bertatem in in-
ne autem duo
& indifferencia
indifferens pro-
at bonitas quæ
no possit rejici,
intellectus. In-
va potens se re-
positorum ab in-
illa opposita sine
tia contradictio-
non volendi,
ini contrarii: ut
trarietatis, sive
odiendi. His

actu... secundum
antum ad exer-
S. Th. hic q.

ter prærequirit
aliter consistit,
intellectus, vo-
è velle, in illa
indifferentiâ

ad libertatem
ad opposita:
iâ objectivâ:
ejus sit bo-
stè repugnat
, nisi hæc ab
er proponan-
quid, ratione
possit rejici.

*necessitate voluntas fertur in illud. Et quia defectus cu-
juscunque boni habet rationem non boni, ideo illud so-
lum bonum, quod est perfectum & cui nihil deficit
est tale bonum, quod voluntas non potest non velle,
quod est beatitudo. Alia autem quelibet particularia
bona, in quantum deficiunt ab aliquo bono, possunt
accipi, ut non bona, & secundum hanc consideratio-
nem possunt repudiari vel approbari à voluntate qua po-
test in idem ferri secundum diversas considerationes.*

Demum 3tia Pars Probat: Libertas formaliter
consistit in indifferentiâ activâ voluntatis: cum volun-
tas dicatur formaliter libera, non ab indifferentiâ passi-
va, ergo ab indifferentiâ activâ; indifferentia autem
activa est potestas agendi opposita vel contrariè vel con-
tradictoriè.

Obj. 1. Ad minus Deus de lege absolutâ potest ne-
cessitare voluntatem creatam in quolibet actu, & res-
pectu cujuslibet objecti: oppositum enim dicere, est
derogare divinæ Omnipotentix.

R. N. ant. Quamvis enim Deus absolutè possit
necessitare voluntatem respectu cujuslibet objecti, auf-
ferendo indifferentiam judicii circa illud, hâc tamen
indifferentiâ in intellectu existente implicat necessitatio;
quia cum prædictâ indifferentiâ habet voluntas faculta-
tem tendendi in utrumlibet, per quam facultatem vo-
luntas est formaliter libera. Neque hoc derogat divi-
næ Omnipotentix magis, quam quod non possit Deus
rerum essentias mutare.

Obj. 2. Si voluntas debet omninò sequi ductum in-
tellectûs, ergo si in intellectu sit judicium determina-
tum unam partem sequendi, voluntas illam partem
necessariò debet sequi, & consequenter nunquam erit
libera: cum voluntas nunquam aliquid eligat absque
judicio pratico intellectûs dictante: hic & nunc hoc
appetendum, illud fugiendum esse.

Negando illatum
voluntas illud in
composito non pos-
sunt sentire in sensu
quamvis in intel-
lectu hanc partem co-
gnoscere potest dissen-
sientia diviso, quo-
modo voluntas liberè
formaliter vel
intellectus proponit
exercenda libertas
sufficientem
appetere. Alterum
est hic & nunc
constituit volun-
tatem ad utru-
mque in actuali e-
ssentia libera in actu p-
tatem, ita judicium
liberam, p-
abile, quia autem
unum eligit mane-
ad exercitiu-
unum eligi
judicii d-
incompo-
utrumlibet
ita intellect-
tamen determin-
gandum, habe-
colliges, qu-
licet indifferent-
objectivam ex pa-

R. Negando illatum, quia posito ultimo iudicio practico voluntas illud infallibiliter sequitur, ita ut in sensu composito non possit quidem dissentire, attamen possit dissentire in sensu diviso: manet ergo voluntas libera, quamvis in intellectu sit iudicium practicum dictans hanc partem contradictionis esse amplectendam: quia potest dissentire, & non sequi iudicium illud in sensu diviso, quod sufficit ad libertatem, quoties enim voluntas liberè agit, duplex habet intellectus iudicium formaliter vel virtualiter distinctum: unum, quo intellectus proponit indifferenter partes, inter quas est exercenda libertas, proponendo in unoquoque extremo sufficientem rationem bonitatis, ob quam possit appeti. Alterum iudicium dictat determinatè, quæ pars sit hic & nunc eligenda; ex quibus iudicii primum constituit voluntatem in actu primo liberam, & indifferentem ad utrumlibet, secundum constituit voluntatem in actuali exercitio libertatis; nam sicut voluntas libera in actu primo potest tendere in utramque partem, ita iudicium constituens voluntatem in actu primo liberam, proponit utrumque extremum esse appetibile, quia autem voluntas in actu secundo libera unum eligit manente potentiâ ad oppositum, ideo iudicium ad exercitium libertatis requisitum determinatè dictat unum eligendum, manente tamen propositione primi iudicii de utriusque eligibilitate: nec hæc iudicia sunt impossibilia: sicut enim voluntas quamvis possit utrumlibet eligere, determinatè tamen eligit unum, ita intellectus dictans utrumque esse eligibile, tamen determinatè dictat unum hic & nunc esse eligendum, habent igitur hæc iudicia diversa objecta.

Ex his colliges, quid superaddat libertas voluntario: scilicet indifferentiam activam ex parte voluntatis, & objectivam ex parte intellectûs; cum enim vo-

luntarium fit, quod procedit à voluntate cum cognitione finis, hinc voluntarium liberum est, quod procedit à voluntate indifferente cum cognitione indifferente. Utraque autem denominatio est voluntati & actibus voluntatis intrinseca connotans aliquod extrinsecum, & sicut voluntas est intrinsecè libera in actu primo, eò quod intrinsecè possit se determinare ad unum vel alterum ex oppositis: ità actus voluntatis est intrinsecè liber in actu secundo, quia intrinsecè dependet & procedit à voluntate ut liberâ.

Obj. 1. Idem actus transit de libero in necessarium, imò simul potest esse necessarius & liber: ut patet in actu amoris, quo Christus diligebat Deum; atqui hoc non posset esse, si libertas & necessitas sit prædicatum intrinsecum actui: vel enim esset essenziale, & tunc idem actus haberet differentias específicas oppositas, vel esset modus intrinsecus & tunc idem actus haberet modos oppositos.

R. N. mi. ad probat. dico: libertatem & necessitatem nec propriè específicas nec individuales differentias esse, sed esse intrinsecam actûs entitatem, quæ connotet extrinsecam intellectûs propositionem. Non est autem inconueniens, propositionem intellectûs diversam respectu actuum inferioris Ordinis simul convenire actui eminentissimo ac superioris ordinis, qualis fuit actus amoris Christi, & qualis est amor beatorum terminatus ad Deum, ut est in se, & ut est ratio diligendi Creaturas. Ratio hujus est: quia libertas & necessitas in actu voluntatis provenit ab objecto, quod vel diversâ cognitione proponitur. Ut contingit in Christo Domino. Vel in quo diversa ratio consideratur, ut fit in Beatis.

Obj. 2. Habitus præcipuè supernaturales v.g. Charitatis non sunt liberi intrinsecè, & tamen magis conjunguntur potentiæ liberæ, quam ipsi actus; ergo neque

actus depe
fieri, sed ad
tam,

q. Neg con
cipitur in po
actus, und
entia liberâ,
tatur liber tant
era illi ad actu

Q

quomodo
Reterilla, q
decretorum
eros efficiâ
pda sunt

Obseruat que
lectus juxta Tho
tantum motio lic
aurem per physic
& realis à solo De
ter impressa, & p
nitionem, per qu
ur & applicatur
relictiendam.

Explicatur fit
videns: quia
alter ab actu
liberâ, sive ip
sile dependent
aurem, per que
nihil aliud est
tural est immec
pressa: quia
qualitatis perma

que actus dependentes à potentiâ liberâ sunt intrinsecè liberi, sed ad summum per denominationem extrinsecam.

R. Neg. conseq. Disparitas est: quia habitus, licet recipiatur in potentiâ, tamen non procedit ab illâ, sicut actus, unde neque talem dependentiam habet à potentiâ liberâ, qualem actus habet, & hinc habitus dicitur liber tantum, inquantum receptus in potentiâ liberâ illi ad actum liberum cooperatur.

Q U Æ S T I O III.

An & quomodo præmotio physica non noceat libertati?

PRæter illa, quæ i. p. disp. 15. de voluntate Dei, de decretorum prædefinientium etiam quoad actus liberos efficaciâ docentur, & hic necessariò recolligenda sunt

Observa: quod immediatus horum decretorum effectus juxta Thomistas sit physica præmotio, & non tantum motio aliqua moralis & objectiva; intelligitur autem per physicam præmotionem: motio physica & realis à solo Deo procedens, causæ creatæ transeunter impressa, & prioritate naturæ præcedens ipsius operationem, per quam creatura creata efficaciter excitatur & applicatur ad operationem conformiter suæ naturæ eliciendam.

Explicantur singulæ particulæ: dicitur 1. à solo Deo procedens: quia est causalitas causæ primæ quæ talis realiter ab actu voluntatis aut alterius causæ creatæ distincta, sive ipsum exercitium, quo causa prima facit à se dependentem causam secundam, ut actu operantem, per quod distinguitur à concursu simultaneo, qui nihil aliud est quam ipsa actio causæ creatæ prout simul est immediatè à Deo. Dicitur 2. transeunter impressa: quia non se habet per modum principii & qualitatis permanentis sese tenentis ex parte actus primi,

mi, sed per modum virtuosa motionis, quæ pro immediato termino respicit operationem, & pertinet ad actum secundum: dicitur 3. *Prioritate natura procedens*: quia cum sit applicatio virtutis activæ, secundum temporis durationem semper cum actu secundo conjungitur: dicitur 4. *efficaciter applicans*: quo indicatur, quod præmotio non det posse operari, sed illud supponat, sitque unicum ipsius munus, ut causam sive necessariam sive liberam reducat ad actum secundum operandi. Dicitur 5. *convenienter sua natura*: nempe ad liberè operandum, si causa sit libera, ad necessariò operandum, si sit necessaria.

DICO. *Quia voluntas est activum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa: sic Deus ipsam movet, quod non ex necessitate ad unum determinat.* S. Th. I. 2. q. 10. a. 4. O.

Probatur & simul explicatur modus quo voluntas ad actus omnes à Deo movetur, nec tamen impeditur libertas per physicam præmotionem: implicat actum voluntatis sub indifferenti cognitione procedentem non esse liberum; sed præmotio physica non tollit nec impedit cognitionem indifferenter; ergo etiam non impedit actus libertatem, nec determinat ex necessitate ad unum. Probatur maj. Si voluntas positâ cognitione indifferente necessariò tenderet in suum objectum, tunc operaretur sine cognitione, sed hoc implicat. Ergo. Probatur seq. tum voluntas operaretur sine cognitione, quando actus ipsius à nullâ cognitione dirigeretur; atqui hoc fieret: quia neque dirigeretur à cognitione necessaria, quia nulla cognitio necessaria sive sine indifferentiâ objectum proponens adesse supponitur. Non etiam dirigeretur ab indifferente, quia cognitio indifferens non est idonea regula actus necessarii.

Obj. 1.

Obj. 1. Qui
tendo per ne
necessarium & it
precedens in im
inde sequitur e
Negando
1. ait: ex ho
sequitur,
fieri, sed e
fieri vult.
Obj. 1. Non
magis necess
modo illam præ
determinati const
datur sed auf
N. ant. Qu
cognitio indiffer
determinatum est
em non ligat au
cum sit executio e
gat omnia tortiter
viter.
Obj. 2. Calvin
cognitionem, &
vultu indifferen
a. Simile argu
hereticorum e
verissimis scrip
negantur ante
vultu sequelas f
hoc nihil contr
vultu non tantum
Philosophus.
Obj. 2. Præde
vultu: quia de
tam.

Obj. 1. Quidquid ex antecedente inimpedibili in existendo per necessariam consequentiam sequitur, est necessarium & inimpedibile. Sed prædeterminatio est antecedens inimpedibile in existendo. Ergo actus qui exinde sequitur est necessarius.

R. Negando maj. quia ut S. Th. 1. p. q. 19. a. 8. ad 2. ait: *ex hoc ipso, quod nihil divina voluntati resistit, sequitur, quod non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quod fiant contingenter vel necessario, quasi fieri vult.*

Inst. 1. Non potest Deus hominem liberè operantem magis necessitare ad operandum, quam imprimendo illam præviā qualitatem, quæ instar vinculi Adamantini constringit ad operandum. Ergo per illam non datur sed aufertur libertas.

R. N. ant. Quia ut tollatur libertas deberet tolli cognitio indifferens, nec præmotio physica vinculum Adamantinum est censendum, quippe ipsam libertatem non ligat aut constringit, sed reducit in actum, cum sit executio divinæ providentiæ, quæ licet attingat omnia fortiter, simul tamen disponit omnia suaviter.

Inst 2. Calvinus non negat hanc indifferentem cognitionem, & tamen ex prædeterminatione infert aufferri indifferentiam ad utrumlibet.

R. Simile argumentum esse solvendum in quibus vis hæreticorum erroribus, quos ex perperam applicatis verissimis scripturæ textibus inferunt. Sicut igitur non negantur antecedentia vera, ex quibus deducunt hæretici sequelas falsas, ità pariter in præsentī dicendum: ex hoc nihil contrà nos inferri, fuit enim in hoc Calvinus non tantum malus Theologus, sed etiam Philosophus.

Obj. 2. Prædeterminatio tollit indifferentiam voluntatis: quia determinat ad unum, ergo tollit libertatem.

R. Di-

R. Distinguendo ant. ejusque probat. prædeterminationis tollit indifferentiam voluntatis potentialem & privativam tantum Con. actualem & positivam N. deinde determinat ad unum, cum directione cognitionis indifferentis Con. per modum naturæ & sine tali directione N.

Plura quæ hic objici possent solvuntur in 1. p. tum disp. 11. & 12. de scientiâ Dei tum disp. 15. de voluntate Dei.

QUÆSTIO IV.

An omnis necessitas repugnet libertati, & unde oriatur.

Nota 1. Quod necessitas dividatur in absolutam seu simpliciter talem & conditionalem seu ex suppositione & secundum quid talem. Absoluta est, quæ oritur ex necessariâ habitudine extremorum ad invicem; uti necesse est hominem esse animal, totum esse majus suâ parte. Conditionalis est, quæ oritur ex suppositione alicujus tertii; sic non est absolutè necessarium, Petrum moveri, supposito tamen, quod currat, necessariò moventur. Prior necessitas Angelico Doctore est necessitas consequentis. Posterior est necessitas consequentiæ. Prima semper obest libertati: quia ubi est necessaria habitudo extremorum ad invicem, nequit esse indifferentia & indeterminatio. Secunda non semper officit libertati, ut patet in exemplo allegato & pluribus aliis.

Nota 2. Juxtâ communem doctrinam Theologorum desumptam ex S. Anselmo l. 2. Cur Deus homo cap. 18. dividi necessitatem in antecedentem & consequentem. Quarum illa adimit libertatem, non ista. Necessitas omnis orta ex naturali connexionione causarum ac terminorum est antecedens. Econtrâ omnis illa, quæ oritur ex suppositione alicujus effectûs impedibilis & consequen-

sequentis liberam hominis determinationem est consequens & innoxia libertati. Verba S. Anselmi loc. cit. sunt: *est namque necessitas precedens, qua causa est, ut sit res: & est necessitas sequens, quam res facit. Precedens & efficiens necessitas est, cum dicitur: calum volvi, quia necesse est, ut volvatur. Sequens verò & qua nihil efficit, sed sic est: dum dico te ex necessitate loqui, quia loqueris.* Hinc oritur difficultas: an necessitas proveniens ex aliquâ suppositione inimpedibili & antecedente liberam hominis determinationem hoc ipso sit necessitas antecedens & noxia libertati: ad quam

DICO. *Posteriora habent necessitatem à prioribus secundum modum priorum, unde & ea, quæ fiunt à voluntate divinâ talem necessitatem habent, qualem Deus ea vult habere, scilicet vel absolutam vel conditionalem tantum. & sic non omnia sunt necessaria absolute.* S. Th. I. p. q. 19. a. 8. ad 3.

Conclusio est communis Thomistarum contra recentiores & probationem involvit, quæ sic deducitur: ideò necessitas quam inducunt causæ naturales, est antecedens & noxia libertati, quia neque formaliter neque virtualiter eandem consequitur: non enim causa naturalis continet libertatem voluntatis creatæ formaliter, ut patet: neque virtualiter: quia hoc est proprium soli primo libero scil. Deo; econtrà necessitas à Deo proveniens virtualiter consequitur libertatem: imprimis quia habet magis in suâ potestate voluntates horum, quam ipsi suas, deinde quia causalitas Dei non tantum se extendit ad substantiam verum etiam ad modum necessitatis vel libertatis in actu repertum.

Obj. Suppositio antecedens liberi arbitrii determinationem est causa necessitatis antecedentis; sed suppositio prædeterminationis antecedit determinationem liberi arbitrii ergo est causa necessitatis antecedentis. Maj. probatur è S. Anselmo cit. & de concord. prædest.

dest. c. 1. & 2. ubi factâ distinctione inter necessitatem antecedentem & consequentem, antecedentem dicit esse illam quæ causa est ut res sit, consequentem quam facit ipsemet operans, & primam dicit præjudicare libertati non autem secundam. Pariter S. Th. l. 2. phys. lect. 15. docet: quod illa sit necessitas absoluta, quæ provenit ex causis prioribus & illa conditionata, quæ orta est ab eo, quod est posterius in esse.

R. Distinguendo maj. suppositio antecedens non inferens aut causans libertatem inducit necessitatem antecedentem Con. libertatem inferens & causans N. solutio patet ex dictis.

Ad probat. ex S. Ansel. & S. Th. pariter solutio patet: quia necessitas antecedens est, quæ causa est, ut res sit cum indifferentiâ N. ut res sit per modum naturæ cum determinatione ad unum Con. Item antecedens est, quæ provenit ex causis prioribus continentibus & dantibus ipsum modum libertatis & contingentiæ N. non continentibus Con. itâ SS. DD. esse intelligendos ex ipsorum verbis constat & specialiter S. Anselmus itâ inquit lib. de concord. prædest. *Quamvis necesse sit fieri, quæ præsciuntur & quæ prædestinantur: quedam tamen præscita & prædestinata non eveniunt ex necessitate, quæ præcedit rem & facit, sed eâ, quæ rem sequitur.*

DISPUTATIO V.

De violentiâ, metu & ignorantia.

Postquam de voluntario tam in communi, quam in particulari, præcedentibus disputationibus actum est, ordo postulat, ut oppositum voluntario scilicet involuntarium examinemus. Sumitur autem involuntarium dupliciter: positivè sive contrariè, & est illud, quod est contra voluntatem. Negativè sive contradictoriè, & est illud omne, quod non procedit

DE VIOLE
i voluntate.
vel enim in
collectus, vel e
ceditur per ig
plicitatiz. Ex
nam.

Q
in voluntas p

Suppono: juxta c

nem, violent

ullo non conti

tingitur violent

no, à necessar

tu determinato

coloco, & qua

more beatifico,

te, quam violent

de solis cognoscer

noscentibus, Ab

magis late patet,

ia, quod non et

DICO: Qua

viuas violentia

porum actum e

fm. S. Th. hic

probat 1. pe

la actibus, qui

mente impediur

mente distincta

um, cum sit à p

atqui volun

imperaris: ill

constringi ne

1. 2. Theol